



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XV. Heinrich Bischof von Brandenburg schenkt dem Kloster Leitzkau eine Getreiehebung aus Meterne zu Besserung des Biers der Klosterbrüder, den 18. Juli 1275.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

XV. Heinrich Bischof von Brandenburg schenkt dem Kloster Leitzkau eine Getreidehebung aus Meterne zur Besserung des Biers der Klosterbrüder, den 18. Juli 1275.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Amen. Humanae actiones a memoria hominum laberentur, si non litterarum testimonio firmarentur. Fideles etenim testimonium habet scriptura quae interuentibus hominibus, ea quae sibi commendantur non sinit aliquatenus interire. Hinc est quod nos Henricus, Dei gratia Brandenburgensis Episcopus, notum esse volumus univertis tam praesentibus quam futuris, nec non attestacione praesentium publice protestamur, quod relatione veridica percipientes, deinde experientia per nosmetipsos discentes Canonicos famulantes die noctuque beatae ac gloriosae virginis Mariae in ecclesia Lezekensi cerevisiam habere adeo tenuem, quae humanae naturae exitit nimis inconueniens ad hibendum, Super quo moti non modica pietate, eisdem Canonicis duos choros tritici singulis annis, et proprietatem eorundem in villa Meteren ad emendationem cerevisiae conferimus pleno jure perpetuo possidendos, ut jam dicti Canonici recepta corporali refectioe eo melius et commodius valeant divinae laudis obsequia celebrare. Volentes ut de praedicto tritico facta permutacione in brasium per circulum anni brasio nunc deputato ab ecclesia Letzekensi ad braxandum, pars brasii quod in praesenti donamus apponatur in singulis braxationibus secundum aestimationem fidelis dispensatoris. Nichilominus prohibentes sub obtentu praedictae annonae, ne ad alios usus applicetur, nec venditioni vel alienationi aliquatenus exponatur. Vt autem haec nostra donatio per nos et successores nostros in perpetuum inuolabiliter observetur, praesentem paginam per manum Hildebrandi notarii nostrae curiae plebani in Klefick Havelbergenensis diocesis, sigilli nostri munimine, ex certa nostra scientia iussimus roborari. Hujus rei testes sunt Johannes Decanus Stettinenensis ecclesiae, Lodewicus Vicepraepositus in Berlin, Magister Wolterus Plebanus in Segezere, Sifridus Capellanus noster in Lubas, Otto Miles frater noster dictus de Olthernn, Johannes advocatus noster in Metern, Engelo advocatus in Pritzerwi, caeteri quam plures. Datum Gottow Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXV. XV. Kal. Augusti, Pontificatus nostri XII<sup>o</sup>.

Auscultata est praesens Copia per me Arnoldum Kramptzo Clericum civitatis Halberstadensis publicum sacra Imperiali auctoritate Notarium, et concordat cum suo originali sigillato quod attestor manu propria.

Aus einer Copie des 16. Jahrhunderts im Dom-Archive zu Brandenburg.

XVI. Das Kloster in Leitzkau verspricht auf die einmalige Zulassung zur Wahl eines Bischofs sein Recht für künftige Fälle zu gründen, den 12. Januar 1279.

Univertis Christi fidelibus praesens scripturum visuris Thidericus, dei gratia praepositus, totumque capitulum ecclesiae Litzekenfis salutem in eo, qui est omnium vera salus, recognoscimus et tenore praesentium protestamur, quod ad electionem in ecclesia Brandeburgensi celebratam, quae per mortem venerabilis patris domini Henrici episcopi vacabat, admilli sumus tali sub conditione, ut in aliis electionibus celebrandis nihil nobis juris plus quam haecenus accretat in quo ecclesiae Brandeburgensi in suo jure possit fieri detractio aliqualis. In cujus rei eviden-